Hermannchronik	Kaiserchronik
DCCCCXII. Ungarii item Baioariam petentes, congregatis Baioariorum et Alamannorum copiis, iuxta fluvium Ine congressi, magna strage profligantur. Cometę hoc anno visę. Roudolfus rex Burgundię obiit et Roudolfus, filius eius, regni illius iura disposuit annis XXV . . . Apud Sanctum Gallum Notkerus magister doctus obiit. Otpertus episcopus occiditur . . . (112.11–15)	*Hungari a Baioariis et Alemannis iuxta fluvium Inum occiduntur. Magister Notkerus obiit. Opertus episcopus occiditur. Cometę videntur. Rodolphus rex obiit.* (Göttweig, fol. 75^{r}; Sichard, S. 197^{r})
MIIII. Heinricus rex per Veronam Italiam cis Padum petens, omnes sibi partium illarum civitates subiecit, Papiam ipsa qua coronatus est die irrumpens, gladio et igne perdomuit. Inde, acceptis obsidibus, in Saxoniam reversus, post paucos dies in Sclavos arma convertit, Boemanisque ad pristinam servitutem tributumque redactis, Bolizlaum etiam, ducem Sclavorum Bolanorum, cum tota gente sua subiugavit et in Saxoniam victor rediit. Herimannus dux Alamannię obiit, eique filius eius Herimannus puer, omni populo acceptabilis, in ducatu successit. (118.30–6)	*MIIII. Heinricus rex Italiam et Boemiam et Bolizlaum ducem Sclavorum cum tota gente sua subiugavit. Herimannus dux obiit, pro quo filius eius puer Herimannus.* (Göttweig, fol. 76^{v}; Sichard, S. 199^{r})
MXVIIII. Counradus adolescens, filius Counradi quondam ducis Carentani, auxiliante patruele suo Counrado postea imperatore, Adalberonem, tunc ducem Carentani, apud Ulmam pugna victum fugavit. (119.38–40)	*MXVIIII. Chŏnradus puer auxiliante patruele suo Chŏnrado postea imperator (!) Adalberonem ducem pugna vincens fugavit . . .* (Göttweig, fol. 77^{r}; Sichard, S. 199^{v})